





1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.
11.
12.
13.




HALLE a.S.

Universität

Dissertationen
1792-94

1. Deutsch, Chr. Frdr.: De graviditate abdominali. 1792.
2. Wolter, Joh. Chr. & Stotzer, Chr. J. L.: De ferribus armatis. 1792.
3. Gautier, Joh. Ludw.: De irritabilitatis notione ... 1793.
4. Meckel, Phil. Frdr. & Maschke, Wihl. Th.: Historia liter verae-sectionis in pleurite sacc. &c. in primis habita. 1793.
5. Meckel, Phil. Frdr. & Scheller, Andr.: De hydrocephalo interno. 1793.
6. Pepys, Goswin Frdr.: Terti et quarti nervorum cervicalium Descriptio. 1793.
7. Roth, Chr. Heinr. Wihl.: De transpiratione cutanea... 1793.
8. Bierdemann [!], Karl: De legato generis sec. ius commune 1793.
9. Gilbert, Ludw.: De natura... matheseos primae... (1794) 1795.
10. Meckel, Phil. Frdr. & Davidson, Wolf: De consensu partium corporis humani. 1794.
11. Tiefbrück, Joh. Heinr. & Schütting, Joh. Frdr. Wihl.: Theses. ... 1794.
12. Wolter, Joh. Chr. & Griendl, Karl Aug.: De fideiussore... 1794.
13. Zollikofer v. Altenklinger, Kap.: Sensus internus. 1794.

*





DISSERTATIO IN AVGURALIS,

DE

FVRIBVS ARMATIS,

QVAM,

EX ECRETO ET AVCTORITATE
INCLVTI ORDINIS IVRECONSVLTORVM
IN ALMA FRIDERICIANA HALENSI,

PRAESIDE

VIRO ILLVSTRI
IO. CHRIST. WOLTAER

I. V. D.

ET PROFESSORE PVBlico ORDINARIO,

PRO SVMmis IN IVRE DIGNITATIBVS OBTINENDIS
PVBlicAE ERVDITORVM DISQVISITIONI

D. XXIX SEPT. MDCCCLXXXIX.

S V B M I T T I T

AVCTOR

CHRIST. IVL. LVDOV. STELZER,
SERENISSIMO PRINCIPI REGIO BORVSORVM
DOMINO AVGUSTO FERDINANDO
AC CONSILII IUSTITIAE,
IVDICIO PRAEFECTURA SCHRAPLAVENSIS PRAEFFECTVS,
ET COMMISSARIUS IUSTITIAE
IN REGIMINE DVCATVS MAGDEBURGICI
ET COMITATVS MANSFELDICI RECEPTRVS.

H A L A E
LITTERIS FRIDER. WILH. HVNDTIL

(1792)

KÖN. BIBL.
DER
UNIVERS.
HALLE.

§. I. *ad hanc decisionem*

Loci de furum armis, cum ab eius decisione saepissime mors ac vita hominis dependeat, in iure dignitatem et prima de furio doctrine principia et cuiuslibet paene fori annales docent. Arma enim furando delinquentium in iure periuarios atque diuersos habent effectus, et iurium applicationem iustum ac rectam tanta implicant difficultate, ut, hanc iuris materia tractaturus, rem omnino iniuilem me praefiturum non suspicer.

§. 2.

*Furem vero armatum appellamus, qui aetiam quendam, ad furti perpetrationem pertinentem vel ab eo pendente, armis instructus noxiis peregit. Minime enim omnia, quae numerantur inter arma, quaeque hominem faciunt armatum, mea ex opinione, furem efficiunt armatum. Vitae aut sanitati hominis vir noxia sunt arma, oportet. Ergo nec clypeus, nec galea, nec alia, quae tutelae sunt et alteri innoxia, eis armorum communis nomine dici soleant, ad furrem, sensu iuridico, armandum sufficient. Conf. LEYSER Sp. 536. m. 17. seq. Jo. Casp. HEIMBURG diss. de furto armato, Jenae 1761. Jo. Ferd. HOMMEL diss. de furto qualificato, Lips. 1759. §. 13. BOEHMER ad art. 159. C. C. §. 6. Car. Frid. WALCHII Glossarium germanicum, interpretationi C. C. C. inserviens, Jenae 1790; verbo: *Waffen*. Et pluribus infra dabisimus, quae de furibus armatis grauius plectendis iura nostra statuunt, ex odio auictae per arma malefici*

A

er



et audaciae et nocendi facultatis procedere. Ideo re
arte factae, quamvis vel maxime artificialis eius con
ditio sit destructa, ut modo ordinario atque ab artifice
destinata ea vi nequeas amplius, e. g. gladio rubigine
obducto, flintae glande non oneratae seu clauistro caren
tibus armandi vim adtribuo, cum vi a fure facien
dae, pulsando vel verberando etc. idonea maneat.
Mecum sentit HOMMELIUS in diff. all. l. c.: KRESSUS
autem ad art. 159. C. C. §. 2. nr. 2, nulla adieci
ratione, meis deceper paribus. Et vnum fori, mea
probantis, firmat sententia, a summo criminali iudici
cio BORUSICO, contra Laurentium Wieczoreck d. 23.
Mai. 1789. lata, quam Vir Perillustris Ernest. Ferd.
KLEIN Part. 4. pag. 74. der Annalen der Gesetzge
bung exhibet. Hinc de fure armato questionis prin
ceps caput circa armorum indolem et figuram noxiari
versari debere videmus.

§. 3.

Cum quaelibet res, cui nocendi inest homini vir
tus, a fure male usurpata, nequaquam, ut furem in
senfu iuris armatum conspiciamus, efficiat; vim vi
tae aut sanitati hominum nocendi, auctoritate mon
Art. 159. C. C. requirimus in armis. Ergo instru
menta, modicae castigationi peragendae quae infer
vunt, ut virgæ, flagella, bacilli, furem armatum
non faciunt. Quae quidem res, quando male appli
cate, aut crudelius, quam castiganties pietas permit
tit, vitas aut sanitati noceant, iure armorum quodam
modo conferi queunt quidem; ipsa vero causa magis
ex re et secundum sanam rationem erit destinanda
eius responsio semper in promptu, ita, ut res nulla
fere unquam egeat disputatione; quam ex iure, ex
quisitoris disciplinae adparatum desiderante. Satis
habeo monuisse, ifsis cum quasi - armis meum fir
rem armatum nihil habere negotii.

§. 4.

§. 4.

De furibus armatis disputatio non facilem decisionem et ideo haber, quod leges, quae iudicis religionem moderantur, non adeo aperte rem eloquuntur, et interpres acumen desiderant, qui vim nocendi armorum, armatum furum offendentium, demonstrare gesiat. Audiamus primum legem generalem patris, quae a CAROLO V. proposita, omnem neglexisse videtur discriminis indicem, soli iudicis arbitrio rem gravissimam relinquens. Nullaque lex est in enumendis singulis armorum speciebus, quae vitae vel sanitati nocent. Art. 140. generaliter pronunciat: soeher mit eynen tödlichen waffen oder weer überläufte aufsicht oder schlecht und der benötigt kan füglich an schulhlichkeit oder verleihung seines leibes, lebens etc. et iherum art. 159: oder mit waffen, damit er jemand, der ihm widerstandt thun wolt, verlesen möcht. Eamdem rationem sequi videoas plurium Imperii S. R. Germanici territoriorum proprias leges. Quid? quod sunt, quae de furto, quod armis interuenientibus perpetratum est, adeo silent, ut facile quis sibi persuadeat, legislatorem furis armatae conditionem curare nullum indicem poenam finientem. Cuius rei paratum dat exemplum lex prouincialis Magdeburgica, die Polizeyordnung de 1688, quodammodo correcta in Edicto de 7. Sept. 1700. p. 3. nr. 131. Corp. consistit. Magdeb. Mylii.

§. 5.

Romani arma letifera et sanitati noxia communis nomine *teli* indicabant. Vide, sis, Jo. Math. GESNERI thelatum nou. L. L. voce: *telum*, §. I. SALLUST. Jug. 43. 47. Cat. 42. 43. 51. 52. et LIVIUS dicit de securi, lib. 1, 40: *reliktio in vulnera telo*. Hanc portantem cum telo communicavit ipse L. 54. §. 2. ff. de furoris, auctor GARUS, edificie prouincialis interpres, furum interdui deprehensum, aiens, non aliter occidere

A 2

dere

dere lex duodecim tabularum permisit, quam, si telo
se defendat. Teli autem appellatione et ferrum et
fusis et lapis et denique omne, quod nocendi causa
babetur, significatur. Eadem interpretandi figuram
sequitur idem in L. 233. §. 2. ff. de V. S. verbis:
Telum vulgo quidem id appellatur, quod ab arcu muta-
titur: sed tunc omne significatur, quod mittitur manus.
Ita sequitur, ut et lapis et lignum et ferrum hoc
nomine continueantur. Similem interpretationem
vocis armorum fowent, §. 6. in fin. Infin. de
Interdictis; l. 3. ff. de vi et vi armata; l. 9. 11. ad
L. Jul. de vi publ. l. 41. de V. S.

§. 6.

Iaque constat ex LL. mente, instrumentum,
quod furem armatum reddit, ad necandum seu vul-
randum, quoad specificam formam destinatum, non
requiri: sed eius ad occidendum et vulnerandum apri-
dinem sufficere. Fustis enim, lapis et quodus lignum,
de quibus LL. loquuntur allegatae, quea cuncta armo-
rum adpellatione vulgaris loquendi vobis non comple-
tatur, furem armatum facient, dum ad necendum
sunt apta, quod praeceps ex l. 54. §. 2. ff. de fur-
ris, verbis: omne, quod nocendi causa babetur, l. 9.
ad L. I. de vi publica: sed etiam quid aliud, quod
nocere potest, et L. 11. h. t. telorum autem adpellatio-
ne omnia, ex quibus singuli homines nocere possunt,
accipiuntur, adparet.

§. 7.

Postea, de sufficientia armorum iudicatores, de
furis facultate et intentione, instrumento, quod ar-
matus gerit, viendi, disquirere oportet. Homo
enim agit, non instrumentum; et vis commouens, ex
qua effectus instrumenti noxiis oriuntur, penes eum est,
qui instrumentum mittit. Facultas subiectum in
sufficiens seu vere deficiens iudicatur ex imbecillitate
corporis aut animi. Sic pueri, fortitudine corporis
ad

ad infi-
dum i-
ipsi am-
tere n-
terna i-
licitis
auctor
Imbeci-
tura ti-
ad noc-
debilio
ex art.
epn we-
sachsen
explora-
quid co-
no max-
dum n-
mina i-
corporis
fusto f-
fana rati-
ren pl-

In
derime-
esse ope-
Me tac-
armis c-
a fure r-
rit con-
Errant
inquire
diff. all



ad instrumentum noxiū agitandum necessaria non
dum instruēti, pro furib⁹ non habentur armatis, nisi
ipſi animū armis viendi, pro facultatis gradu, eſi
fere nulla sit; affirment. Tunc enim prauitas in-
terna imbecilitatem vīnit extēnam, et de futuris de-
lictis, ab ipſis perperrandis, nobis vt caueamus, mihi
auctor videtur ipſe CAROLUS V. Imp. in C. C. art. 164.
Imbecillitas animi et corporis fauet feminis, quae na-
tura timidiōres sunt, neque ferocia, impetu et armis
ad nocendum proclives censentur, praeprimis corpore
debiliōres. Hanc *excepcionem* ipsa fouet iuri analogia
ex art. 144. C. C. verbis: *dans wielen nit leichtlich*
eypn weib eppen mann zu eyner entschuldigten notweer vr-
sachen mag. Atrauen, auctore ipſo Diuo Imperatore,
exploratione adhuc opus est, anno in accidentibus rei
quid computationem iuri fulciat et sustineat? Sic omni-
no maxima animi facuita, quae sequiori sexui, secun-
dum naturam, familiaris non est, si coniuncta in fe-
mina inueniatur cum corporis proceritate et for-
titudine, oppugnante ex altera parte masculum cum
corporis infirmitate, tum animi molitie debilem, in
furo feminam reddit plene armatam. Neque ipſa
fana ratio intercedit. Vid. Ernest. Jo. Frid. MANZEL,
in diff. de fure femina, Ross. 1745. §. 8. qui hanc
rem plenius persequitur.

§. 8.

Intentionis furis, armis, quae portat, in
detrimentum alterius, in quolibet casu, viendi, ad-
eſe oportet certitudinem, ſeu faltem verisimilitudinem.
Me tacente tamen de eo conſtitabit cui liber, quod ex
armis comportatis tam diu iusta praefumtio de intenta
a fure noxa oriatur, quamdui maleſicus non probaue-
rit contrarium, i. e. intentionis nocendi absentiam.
Errant adeo, qui de nocendi animo non opus eſſe
inquirere affirmant, ex quibus Jo. Casp. HEIMBURGIUS,
diff. all. §. 39, mihi temere occurrit. Jus et huma-
nitas

nitas exigunt ab inquirentis officio iudicis, ut aequi
quaerat de iis, quae condemnationem rei munient;
ac iis, quae iustam excusationem procreant. In in-
vestiganda armati intentione nocendi omnem vi index
consumat operari, eo magis necessarium putatur, cum
intentio furis ad corpus delicti conscientum plane re-
quiratur, quod HEIMBURGIUS ipse concedit et inde
grauius contradicens peccat. Istud quidem pro-
bandi onus, pœnit, vel maxime reo omnibus farce
testibus cuiusvisque generis testimonii defituro, esse
admodum graue, nisi probationem artificiali index
admitat, cui adhuc diuia Themis benignissima, per
aque tornientis reprobaris, portas patefecit iudicia-
rias de excusationibus querenti. De artificiali pro-
batione autem præmittere placet, quae intentionis
nocendi præsumptionem ex armis, quae habuit furum
vel faciens vel tenens, profluente aut inveniente,
aut omnino excludunt. Dixi regulam, ex armis
quae fur gessit, præsumptionem intentionis nocendi
orbi; nullum ramen cum regula sine exceptione sit,
eius exceptionis exemplum in nostro loco habebis.
Regulae auctoritas in eo posita videtur, quod arma
quae attulit furum facturus, impedimenta hand-
leuia adferat. Cum homo vero suæ intentionis exse-
quenda impedimenta ponere non soleat, necessaria-
erit iudicis conclusio, circa animum nocendi armorum
adversorum furem nullam habuisse rationem. Juſta
videatur obiter insipienti rem ista concludendi ratio.
Concedo; sed quid, si fur consuetudine aut viuendi
suo genere coactus, arma portet, armaturque
incedere solitus sit? Pone militem, in rei militaris de-
sciplina armatum, aut laniōnem, ob artis laniariorum
exercituum sica, cultro aut securi instrūctum, ve-
rūsticum, et quecumque alium inferiorum condi-
tionis hominem, ex suæ conditionis consuetudine
omnibus nota, cultrum plicatilem pera portan-

tem, fecisse furtum? Quamvis huius generis
fures quisquis forte ex populo, nemo tamen icto-
rum armatos iure dixerit. Hinc index de fure,
qui in artmis furtum fecit, sententiam prolaturus, vi-
deat de modo, quem in furto faciendo fur fecutus est;
inquirat in vitae genus, quod fur proficitur; dispi-
ciat de consuetudine et, ut ita dicam, de iure singula-
ri conditionis furis. In meam qualemcumque senten-
tiam descendentes conspicio HOMMELIUM all. diff. §.
15. et Tr. de rat. confer. torment. ex tort. §. 4. in
not. BOEHMERUM ad Carpzovium qu. 79. obs. 1. et
Elem. Jurispr. crim. Seet. 2. §. 160. not. 2. et
HELMBURGUM §. 44. Nec est, quod nodum in feirpo
quaramus et cum quibusdam quaestiones in auxilium
voemus aut alia aequa mendacia probandi media,
principue hodie, cum peraeque humanitatis studium
genus humanum a tormentorum timore exemit et
recta ratio.

Alier iudicamus de milite, aut quoquis alio, ne-
que ex muneri ratione neque peragendi negotii causa
armato, furum faciente. Iste scilicet probet contra-
rium, aut furis in sensu iuris armati iustam poenam
luat. Nec eum istius furum generis ab armati poena
eximendum arbitror, qui suae defensionis causa, ne
vei in flagranti corruptus carcere mancipetur et poe-
nas, aut vapulet aut quilibet alias a latere inferendas
injurias patiar, se armatum ad furtum descendisse
inficiari non contendit, aut ipso comprehensus est in
defensionis actu; qua in re minus difficulti mecum sen-
tient HOMMELIUS diff. all. §. 15. et BOEHMER ad Carpz.
l.c. Armatum deinde pronuncio furem, qui furan-
do, est non nocuerit, arma consueta ad nocen-
dum habuerit parata; ideoque militem, quantumvis
cudicem et vigilem, gladium vagina eductum
manibus tenentem in furto comprehendum, aut rufi-
cun hominem cultrum plicatilem apertum manibus
geren-

gerentem, in furto faciendo inuentum, punimus iure
et lege furum armatorum.

§. 9.

Deficientis in fure, qui in armis periculus invenitur, intentionis praesumtio, quae, vii diximus, ex armis colliguntur regulariter contraria, iudicem variis circumstantiis actu concurrentibus descendit, furi vivilis. Sie intentionem nocendi in fure adiuvit negligamus, 1) quando fur superuenientibus hominibus armis non resistit; 2) armis non utens, quamvis resistere posset, subito in fugam se dat; 3) in locis non habitatis, salito more armatus, furtum facit.

1. Fur, armis non resistens, illis negatiis factis, le nocere noluisset, clare demonstrat, quamobrem praesumtionis bonitatis, quatenus illicito eius factio ineffe potest, pro eo benigna militat argumentatio. Adsentit HEIMBURGIUS all. diff. §. 24.

2. Fuga furis armis instruetti iudicem, ut rationem fugae investiget, adhorritur. Qui vim defendens laeti, sit armata vel non, suis viribus putat vel experitur maiorem, praesumptione, sub alia circumstantiarum conditione se et alter habiturum fuisse, defenditur. Vis externa maior delinquente repellens exculpationem furis excludit, et fur armifer, propter vim maiorem defensis, armatas praesumuntur. Ex vi minore remouente, furem se internis perfausionibus, ne armis utatur, commotum fuisse, et arma in detrimentum alterius se defendendi causa non adportata a fure, argumentamur. Demonstrat autem vim minorem defectus armorum aduersarii cum corporali coniunctus defendantis imbecillitate. Ita facile iudicamus de magno sonnum, qui in turba furi, numero, qui corum, qui se defendunt, numerum longe superat; et similibus. His praemissis, quis erroris non conuinceret HEIMBURGIUS all. diff. §. 22, furem, armis non adhibitis fugientem,

tem, armiferum, sine villa restrictione et ratione
plene armatum appellantem?

3. Is, qui aedificia deserta armis instructus furandi
animo oppugnat, nullum indicat personam laeden-
di animum, cum nemo adsit, cui nocere possit.
Sint autem semper et absque dubio habitatoribus
vacua. Absentia enim habitantium, penes quos
est, prout lubet, redeundi facultas, nullam exca-
tionalis causam fonti offert. Consentunt STRUBEN,
in den rechtlischen Bebenken, nr. 80. §. 4. BOEH-
MERUS in Elem. iurispr. crim. Sect. 2. §. 174. et
QUISTORP in den Grundsäzen des peinl. Rechts,
§. 351. Dissentit autem ex insufficienti ratione no-
DEN diff. de furto qualificato.

§. 10.

Fur in loco furti arma inuenisse, saepius ait,
cuius rei, si probare queat, non vna est in loco no-
stro auctoritas.

Legis Carolinae et eius art. 159. dispositio per-
clara videtur; pronunciat enim diuus Legislator: so-
über ehn dieb jemantts inn sein Behausing mit
waffen zum stelen eingeht etc. ex quibus sequitur,
furem pro armato haberri non posse, qui armis
non adlati inuidit, sed inuentis in loco furti.
Sie ratiocinatur HOMMELIUS all. diff. §. 16. cui
LEYSERUS Sp. 536. med. 13. adsenit. Sed eorum
interpretatio grammatica legis sensum nimis an-
gustum efficit. Eadem ratione nec fur nuncupari
posset armatus, qui in armis adscendit, quia non inua-
dit. Pari modo HEIMBURGIO adscendit nequo, qui
diff. all. §. 48. et §. 1. sine ulla restrictione contra-
riam defendit partem. Mea ex sententia, 1. Fur,
arma in loco furti pro re furtiva capiens, nec iis vel
ad defendendum vel laedendum viens, armatus non
censetur. Nulla enim laedendi intentio tribui pot-
est rapienti modo, ut deportet et lucrum faciat.

2. Fur,

2. Fur, armis, in loco furti inuentis, ante delictum perpetrationem se cingens, in sensu iuris plene se reddit armatum, nam, ut noceat, in promptu est, et si libera se armat deliberatione. Multo minus excusat, qui, licet armis ipsis se defendens, sit viuis inuentis, quod quoque et BOEHMERUS ad Carpz. l. c. et QUISTORP l. c. inculcant.

3. Fingas denique furem arma prius non videnter, quam furio laesi e somno excitantur et simul armata manu in furem ruunt, qui, fugiens quidem, vias inuenit praecclusas. Morti vel apprehensioni proximus gladium, quem modo conficit, arreptum in ingredientes minatur, et fugit. Quid tunc? Si in loco furti arma adeisse sciuit, quibus in summa se defendere possit necessitate constitutus, et ideo furandi animo inermis venit, armatus nihilominus censetur, nam intentione nocendi non vacabat. Si vero armoxia mere arripuit ex insperato, omni caret deliboratione et intentione, solum se in fuga defensurus putatur, et armatis furibus hinc non consumetur; quod concedit BOEHMER ad C.C. art. 159. §. 7.

§. 11.

Animus nocendi, cum, ut patet ex praemissis in fure, ut sensu iuris armatus sit, necessario requiriatur; quis est, invasionem armaram ioci causa, etiam ab amico in amici bona, vel inter personas filii vice versa noras, furem armatum non facere, quod dubiter? Adestit petulantia, non dolus, (l. 2. §. 8. si vi bonor, rapt. et de turba.) adestit animus terrendi, judicandi, minime vero nocendi. Conscientium et omnes, veluti Joh. Casp. HEIMBURG diss. all. §. 25. KRESS l. all. §. 2. nr. 2. TABOR racem. crimi. ad 1.77. de furtis pag. 133. HUNNIUS ad Treutl. Vol. post. Disp. 30. qu. 5. Praesumitur attamen furandi animus et nocendi, nisi proberetur contrarium. Conscientia KRESS l. c.

§. 12.



§. 12.

Transeamus, absoluta furis armati descriptions, ad id, quod iustum est circa furem armatum. Si partita est huius loci decisio. Res enim tangit iura modo laesi, modo iudicis, in furis armati personam. Laesus enim ius aliquale necis, ex necessaria tutela oriundum, in furem armatum haber; iudicis autem est punire eum, qui e manibus laesi effugit.

§. 13.

De indeole ac natura moderaminis inculpatae tutelae iam nihil dicam. Ab armato fure laesi summum in illum ius esse, demonstrasse sufficiat.

Multum inter Themidis sacerdotes disputatum est, an fur impune necari possit a laeso, alioine isti auxilium praestante? In eo casu, quo nullum aliud furem tenendi et bona sibi conseruandi medium reperiri potest, affirmant H. GROTIUS de iure belli et pacis, lib. 2, c. 1, §. 17. seqq.; STRUV. de vindict. priuat. c. 6. aph. 2. seqq.; HOMMEL Obs. 394. Andr. Flor. RIVINUS diss. de iure virae et necis in furem priuato competente, Lips. 1740. HELFELDT diss. de violenta rer. nostr. defens. Jenae 1768. DAN. NETTEBLADT diss. de necessitate eiusque in iure effectu, Halae 1752. §. 20.; JO. GÖRL. KLAUBART vero in diss. de homicidio propter defensionem honorum commissio impuni, Erf. 1733. ius restraining, illud concedit ad bona eximiit valoris et ad quamvis laesi conseruationem necessaria defendenda. Qui lege sententiam fulcient positiua, prouocant quidem ad LL. Wisigoth. Baiuvar. et Longobardorum, cuius iuris ante - carolini vix quisquam vsum defenserit. Frustra prouocant et ad Art. 150. C. C. verba: Item so epner zu rettung ehres anderer leib leben oder gut jemand ereschlecht; porro: so jemand epnen bei nechlicher weil getuerlicher weis inn seinem Hauss findet und ereschlecht. Haec enim clare indicant, de furto Imperatorem loqui nocturno; illa vero

vero dubitandi necessitatem prouidere, nisi artificiis
inscriptio: hernach werden esliche Entleibung immo
gen berlue die auch entschuldigung auf in fragen mög-
gen, dubium tolleret, doceretque lectorum Imperato-
rem minime de homicidio mere impuni, sed de qui-
busdam casibus loqui, qui modo homicidiū reatum
tollunt omnimode, modo vero mihiunt. Allegant
porro ex peregrino iure l. 3. ff. de f. et l. 1. 4.
§. 1. et l. 5. ff. ad L. Aquil.; l. 54. §. 2. ff. de furtil;
l. 9. ff. ad L. Corn. de sicariis et venef.; l. 3. §. 9. ff.
de vi et vi armata; l. 1. C. quando liceat vnicuique
fine iud. se vind.; l. 1. C. vnde vi; c. 2. et 3. X. de
homicidio voluntar.; et denique ex mosaiico iure, Exodi
cap. 22. v. 2., quas ergo ordine excutiamus omnes

§. 14.

L. 3. ff. de l. et l. aperte dicens de personae tutela,
de bonorum filier. Cum ea sentiunt l. 5. ff. ad
L. Aquil.; l. 9. ff. ad L. Corn. de sicariis; l. 54. §. 2. ff.
de furtil et l. 1. C. quando liceat vnicuique sine iud.
se vind.; ergo ad armatum, minime vero ad furem
simplicem, ita, ut honorum tutelae sint, applicari
possint. Eadem ratio est l. 4. §. 1. ad L. Aquil.
et c. 3. X. de homicidio, vptore quae solo de fure lo-
quuntur nocturno. Noctu enim, an sur armatus
sit, an occidendi aut furandi animo venerit, distingui
aperte nequit, et ideo, ob personae tutelam, eum
necare licet. Magis obstat videtur reliquae leges.
At salua vbiique est res nostra. Auctoritate l. 1. C.
vnde vi, verborum: *Rekte possidenti, ad defendandam
possessionem, quam sine vitio tenebat, inculpatas tutelae
moderatione illatam vim propulsare licet, argu-*
mentantur quidam: diu Imperatores perniverunt ad
defendandam possessionem inculpatae tutelae modera-
men, ergo et furem necare simplicem. Sed errant in
propositione. Moderamen tutelae et necandi ius nire
differunt. Licitia tutela vi absolvitur repellente vi inua-
dentis



dentis aequali seu proportionata. Imperatores igitur vim repellere noxiā vī quidem probant, adhibita tamen proportionē, qua ratione ius furem inermam necandi non concedunt.

C. 2. X. de homicidio voluntario haec habet:
*Si autem sine odii meditatione, te tuaque (sc. bona) liberando, interficiſſi etc.; ex quibus conſequi contendunt, Turgo, ut recuperemus rem furtivam, occidi-
 re, priuato iure, licere. At illiusmodi furis qui abſque occiſione comprehendī poterat, occiſionem iure humano forte permīſam, iure diuino prohiberi
 fatis probat poenitentiae agendae occifori imposita ne-
 cessitas. Quamvis enim abſque odii meditatione oc-
 cidenſis latens non abſcīſſe poenitentiam agere iubatur,
 hanc poenitentiae agendae remiſſionem interfectorē
 non iure ſuo exigēre poſſe, fatis clare indicat vel con-
 filium de poenitentia agenda, vel cauſa ceſſantia huius
 neceſſitatis, quae eft in indulgentiae legislatoris ſtudio,
 vel ratio utilitatis peractae poenitentiae, quam imago
 Dai quae etiam in fure colenda eft, indicat, vel neceſſitas
 poenitenti perpetuo, quae presbyterum ſequitur in
 ita conſtitutum conditione furemque aut latronem occi-
 dentem. Inde fatis clare conſtarē ſuſpicor, iuris
 canonici auſtorem in noſtro loco nouum et a romano
 recedens ius non conſtituſe, et in ſolius ſuae vitae
 defendendae neceſſitate conſtituto furis occidendi, qui
 armatus fuīt, ius dediſſe.*

Lex denique moſaica, Exodi Cap. 22. v. 2., ef-
 fringentem furem necare quidem permitit; ſequens
 autem verlus ejusque verba ex versione Lutheri:
*Iſt aber die Sonne über iſu aufgegangen, ſo foll man
 das Blutgericht gehen laſſen, clare doceant, legem no-
 stram de nocturno furto, quod pro armato habetur,
 ſe accepſiendam. Vitae igitur, non bonorum defen-
 dendorum iure, furem occidere permittit Mofes.*

PUFFENI
§. 15. e
16. N
quanda
diari, i
corporis
L. 3. ff.
rum de
rum ne

Su
gue villa
lum pe
§. 243.
rem. I
ro, que
enim et
minus,
Experti
pianae e
torem V
ni, bon
caedem,
suffice, a
Beroline
pla pera

Re
armatum
Morris,
moderan
leges ide
140. 150
Cornel.
quando l
X. de ho

Puff

§. 15.

Itaque deficit lex expresse saltim permittens furis non armati necen, aut pro bonorum tutela factam. Damnum igitur, quod sentit res publica ex bonorum priuatorum raptu, et quod ex ciuiis necce in ciuitatem redundat detrimentum, aequale nostrae leges non vindicentur iudicare. Quae cum ita sint, in partes FROMMANNI diss. de fuga §. 26. et Jac. Frid. LUDOVIC diss. an et quatenus adfectus humani in foro considerantur, §. 30. seqq. qui furem inermem, in bonorum tutelam, necare verant, pure defendem, nisi quae KLAUBARTIUS all. diss. habet, diuidendam sententiam monerent, argumenta.

Fac furem, tempore famis, vietum, in conseruationem familiae adhuc dormientis et aequo fame pressae destinatum, auferentem; nonne paterfamilias, somno erectus, furem impune occidet? Pone Finge furem, omne argentum, quod dominus, unde proxima luce careeris certissimi cambialis squalorem redemturus, debitum soluat, paracut habet, contrectantem furtiu suis manibus. Et nece furis quamvis non armati, pauperatem suam defendendum prohibebimus dominum? Libertas est vita mortalis, qua deficiente physica vere nulla est; pari passu ambulas vitraque. Guil. GROT. in Enchir. de Princ. iur. natur. c. 7. §. 5. Occidat dominus furem impune, ne moraliter pereat ipse. In hac re consentit leges generalis Borussica P. II. tit. 20. §. 522, cum lege C. vade vi, et quidem merito, cum damnum auersum illato par sit.

Quod vinculo sanguinis nobis coniuncti erimus, liber extranei bona nece in usorum defendere possimus, nulla expressa lege defendi quidem potest. Nec ar 150. C. C. C., ut antea in §. 13. diximus, iuste in rem vocatur. Adeo tamen naturalis obligatio, ut aliorum vitam vel bona, quantum possimus, defendamus,

PUFFENDORFF de officio hominis et ciuis, lib. I. c. 5.
§. 15. et lib. 2. c. 16. §. 11; LEYSER sp. 600 med.
16. Natura enim inter nos constituit cognationem
quandam, et, cum nefas sit, hominem homini insi-
diari, natura obtinet, ut, quod quisque ob tutelam
corporis sui et aliorum fecerit, iure secisse existimerur;
I. 3. ff. de I. et I. Sed maiore cautione opus in alio-
rum defensione constitutis homicidis, cum, de alio-
rum necessitate iudicare, difficillimum sit.

§. 16.

Sunt, qui, bona inualoris caede iuste defendi,
sine illa restrictione tuentes, ab obseruantis fori auxi-
lium petunt, quorum ex numero QVISTORIUM. I. c.
§. 243, iam nomine, RIVINI et HELFELDII sectato-
rem. Desidero neglectam obseruantiac forensis a Vi-
ro, quem honoris causa aduoco, probationem. Vna
enim et altera decisio non fundat obseruantiam, coque
minus, si pronunciata e falsis principiis procererint.
Experius sum equidem contrariae sententiae Quiffor-
pianae exempla, quae nostra praxis dedit. Sic venia-
tore Vockium Bischofsrodensem, ob furis noctur-
ni, bonis cum furiius fugientis aequo et offendientis,
caedem, nisi iurando, se in periculo vitae versaum
fuisse, affirmaret, extraordinarie puniendum iudices
Berolinenses iudicabant. Similiter iudicatorum exem-
pla peraeque iudiciorum scirnia dabunt.

§. 17.

Redeo quasi ex diuerticulo necessario ad ipsum
armatum furem, cuius ius excutiendum mihi fumis.
Mortis, qua succumbit, priuatae iustitiam omnis de-
moderaminis inculparae tuelae doctrina docet, neque
leges idem affirmantes positivae desunt. Art. C. C. C.
140. 150. I. 5. pr. ff. ad L. Aquil.; I. 9. ff. ad L.
Cornel. de sicariis; I. 54. §. 2. ff. de furis; I. 1. C.
X. quando licet vnicuique sine iudice se vindicare; c. 2.
de homicidio; Exod. cap. 22. v. 2. Adsentium
etiam

etiam praediti iuris Doctores, quibus accedunt
SERUS sp. 600. med. 26. Jo. Georg. SIMON in di-
de Justit. permissa c. 2. §. 9. et in diss. de iustitia ho-
minis circa sua membra, Jenae 1675. c. 6; ut
naturalibus principiis motus CICERO, de offici-
lib. I. c. 4. dicens: *Principio generi animalium omnia
est a natura tributum, ut se, vitam corporaque par-
tur, declinetque ea, quae noctitura videantur.* Pe-
iure et ex obligatione quasi naturali, ut antea dispe-
ret, (§. 15.) furem necant armatum, domestici, con-
sanguinei laeti, et quisque extraneus. Eorum praepa-
mis, qui de familia sunt, occidendi ius argumenta-
§. 2. l. de iniuriis et art. 150. C.C.C. defendim-
cum LEYSERO, all. sp. m. 2. et 3.

§. 18.

Sed itidem, armatum furem necandi in
caute vredum est. Requiritur nimirum 1. pre-
sens periculum vitae vel sanitatis, quod 2. al-
leniori modo depelli nequit securè et honestè, et 3.
furtivæ iusta possejio. Nam, qui non habet, que-
perdat, eius periculo nihil est, l. 12. ff. de fu-
re et l. 1. C. vnde vi, quae scilicet mala fide possiden-
quamlibet prohibet bonorum defensionem.

§. 19.

Periculum vitæ aut sanitatis praesens necessaria
requiritur, quod ex praemissis (§. 15.) iam par-
praesumitur aurem e sola armorum praefinia. Ce-
stituit scilicet diuus Carolus V. C. C. C. art. 159:
mit waffen, damit er jemandt, der jn widerstandt ge-
wolt, verlehen möcht, zum sielen eingehet, er por-
So ist in den diebstal, der mit waffen gesicht, epi-
vergewaltigung und verlehung zu besorgen. Jus
manum idem probat, eis in l. 54. §. 2. ff. de fu-
legatur: *furem interdiu deprehensum non aliter ca-
dere lex XII. tabularum permisit, quam, si telo se-
fendat.* Lex dicit de furto diurno, quo tempore

vi armorum nocendi iudicari potest et media leniora,
 quae clamor aut fuga suppeditant, deesse non solent.
 Quae rerum conditio cum in furto nocturno ad-
 esse non soleat, leges iam supra adlegatae furis no-
 turni caedem, eti plene non armati, permittere
 Juris ergo occidendi ratio non in ipsa violatione, sed
 in possibilitate et meo iusto, qui premat laesum, po-
 sibi videtur. Ideo et furem, arma portantem absque
 nocendi animo, quae forma et figura, minime vero
 vius nocia ostendit, nisi curatus inquirentibus, e.
 g. gladium e ligno conformatum vel lamina non pre-
 dum, iure interimi arbitramur. Terror enim ob-
 lectus armorum ex eorum figura, haud vero ex eo-
 rum incognito producitur vnu. Consenit HEIMBUR-
 GUS all. diff. §. 70, a quo iurea quoad poenam
 publicam, ob rationes, quas ipse §. 25. exhibet, dis-
 tensio. (§. 10.) Sufficit inde etiam armorum gesla-
 tio, eti fur eis forte vius non sinatur. Conf. HOMMEL
 all. diff. §. 17. HEIMBURG §. 32. SIMON diff. de iust.
 hom. circa sua membra c. 6. §. 9. et art. C. C. 140.
 142. et 150. §. 3. Nec identitas requiritur armo-
 rum. Omne furtum est ex iis, quae praeter opinio-
 nem contingunt laetio; furesque neque delinquendi
 animum, neque armorum, quibus ut intendunt,
 mensuram denunciare solent, ergo laeso nec tem-
 pus est, nec opportunitas, arma eligendi congrua.
 Et quid, si dominus ad manus arma congrua non ha-
 bear? Mori in honorem pertinacis cuiusdam iuris?
 Accedit quod saepissime dimensionem arithmeticam,
 it, cui vi illata, instinueri ipsa natura impediatur. Nam
 et animi et corporis mutantur robur in computationem
 venit. SIMON all. diff. c. 6. §. 9. BERGER in Elekt.
 sim. c. 2. mbr. 3. §. 7. CARPOV QU. 28. nr. 27.
 Deinde omne lenius defensionis medium deficere de-
 ber, quod e. g. in clamore, fuga, furis apprehensio-
 ne, pro casuum varietate esse poterit; l. 5. pr. ff. ad

B.

L.



L. Aquil.; l. 9. ff. ad L. Cornel. de sicariis etc. s. 1.
l. c., STRUY. de vindicta priuata, c. 6. aph. 2. ff.
GROT. de iure B. et P. lib. 2. c. 1. NETTELEBAND
all. diff. §. 20. Domini vero ad fugam obligationem re-
stringo, neque, ut fugiens bonorum rapiendorum
opportunitatem improbo faciat, contendit. Na-
rali iure, quamdui possumus, ut nostra defendamus
ducimur, et raptor sibi me ipsi imputet, quod per-
qui, rem nostram contrectaturus, arma non deieci-
L. I. C. vnde vi; CICERO l. c. seq. Vim pax pone
non incumbit lenioris defensionis probatio. Satis de
probasse furis armaturam, vitae sanitatisque praece-
tis periculi praesumptionem iustum procreantem. Quid
propter scientem furis et armati aduentum, illum
que cum sociorum catena expectantem occidit,
qui furem et suis armis se defendantem occidit,
L. Corneliae de sicariis constitutione puniendum dicitur.

§. 20.

Quid, si fur, arma in manu tenens, salutem
quaesitum in fuga, laetusque eum vel persequens va-
illi obuius furem fugientem occidit? Furem iure in-
vit in aedificiis occiduum pronuncio. Vbi bona sua habeat
ibi et iura propriarius exercere potest; et ubique haec
naturali ad nostra tuenda vocamus. Sed caveat, fo-
ne fontem arma vel bona furtitiva delicienit occidi-
Bonis recuperatis quaestio de iis tuendis; et deinceps
armis de tuenda persona esse nequit. A vita ignota
furi abstineat, nisi poenam homicidii velit lugere.
§. 14. et H. GROT. de iure B. et P. I. 2. c. 1. §. 1.
13. Interea a regula aberrans furemque incan-
extra iuris tutelam necans, indulgentiam iudicis me-
rito exspectat, et non poena homicidii ordinaria, sed
extraordinaria, pro facti differentia adscitur. HO-
MEL Rhaps. Obl. 394; CARPZOV qu. 32; LEXIS
sp. 601, m. 19; Lex generalis Borussica l. c. §. 52.
§. 21

§. 21.

Furis ergo armati caedis excusationem dominus tantum habet, qui furem vel ipso in contreditationis adu, vel in fuga cum bonis furtiis comprehensum interimit. Rem per se apertam dico. Postea enim furis caedes vindictae indolem nanciscitur, quae nullo iure, nisi affectuum gravitate excusat. Jo. Ge. simon Not. ad Grot. l. I. c. 3. §. 2. nr. I.

§. 22.

Ad alteram loci nostri sectionem, quae circa animadversio[n]is in furem armatum publicae statuenda ius versatur, nos conuenimus.

Furtum ipsum, furtiva rei alienae contreditatio, qua fur armatus delinquit, *furtum* dicitur *armatum* et praecipua species furti qualificati seu periculosi est, quod diuus Imperator Art. 159. C. C. a furto similes fecerit. Plerique hanc furti speciem inter delicta publica, quamvis immittere connumerant. Vis publica enim et furcum armatum mire differunt, cum illud crimen et sine armis, hoc autem sola armata manus committi possit. Vis publica quodammodo secundum mere publicam; hoc securitatem privatam et domestican laedit, nec Romani illud in iudicio mere publico, sed post accusationem laesi factam, extraordinarie puniebant; I. vlt. ff. de furis. Errat adeo sacerdos all. diff. §. 6, qui delictum furti armati non sensu iuris romani publicum nuncupat. Cum non omnia crimina, ob reprobata[m] a maioribus nostris publicorum et priuatorum iudiciorum distinctionem, sint publica, huius disputationis dignitas exolevit. Car. Theoph. GRAUN d. supervac. delict. diuif. in publica et privata moribus nostris. Jen. 1756.

§. 23.

Maiore veri specie furtum armatum rapinae specimen dixerit quispiam, dum rem mobilē inuitio et vi interueniente, armis illata vel minata, domino con-

B 2,

cuffio,

cusso, lucri causa, fur armatus contrecter; a rapina tamen, ut alias differentiae notas, de quibus infra dispicio, jam supprimam, furtum armatum generat eo distinguitur, quod in rapina foliae non sufficiunt minae et concuscionis symbola. Rapinam, sive hominum vi raptorum iniuriam, olim Romanos priuatum etiam habuisse delictum, quod deinde Imperatores extra ordinem punire iusserunt, notum est quidem monuisse tamen sufficit, solam rem mobilem furtum obiectum constitutere. Violenta immobilis occupatio aut in crimen fractae pacis publicae σπονδείσμον Arabum degenerat; l. 9. ff. de extradi-

§. 24.

Romani, qui felices liberam rempublicam vivunt, omne furtum delictum mere priuatum indulebant et furem ciuiliter vel furti actione vel condicione furtiva proposita persequebantur. Erat subinde quoddam differeniam inter furti actionem et condicione furtuam, et in eo conspicuum, quod illa infameret, non aequa haec, quamvis neutra directa daret, nisi dominis, illa queritariis, haec jure genium; 14. §. 16. ff. de furis. Post iuris civilis et genitium exaequationem discrimen viriusque remedii in effigiebus sicutum conspicimus, ut late dicer Reinh. sacra virus ab Echt cum in not. ad Treutlerum disp. X. thes. 3. tum in tractatu de actionibus, disp. 4. hec 20. 23. et disp. 5. thes. 16. Condicatio rem. vel poenam persequebatur; l. 7. §. 1. ff. de condicione furtiva, et denique sicut furtiva actione res pterentem ablatas, in furti iudicium veniebant et res non ablata petatio, et actio et condicatio, contra heredes dabatur et non praeparata rei persecutoria, poenalis non praeparata; l. 1. ff. de privatis delictis. Poena fe-

olim priuata et indemnitate complectebatur, non
aeque, quae extra ordinem iudicabatur; l. 50. pr. ff.
de furtis. Quod furis arma iudicij formam innouau-
erint aut iura, ex legibus defendi nequit. Grauiora
deinde Imperatores in fures, quos et extra ordinem
punire iusserunt, constituerunt, furi iudicium ad
instar publici cōformantes; l. vlt. ff. de priuatis deli-
ctis; l. vlt. ff. de furtis. Puniebant fures modo Prae-
fectus vigilum, l. 56. §. 1. ff. de furtis, l. 3. §. 1. ff.
de off. praef. vigil.; modo provinciarum Praesides,
l. 13. ff. de off. praef.; nonnunquam praeter morem
fures, inter quos et armatos numero, puniendo atro-
cias remittebantur ad Vrbi Praefectum; l. all. de off.
praef. vigil. Fit quidem in lege mentio furis qualifi-
caci puniendi, l. 3. §. 1. ff. off. praef. vigil.; sed
de ordinaria in furem qualificatum, sic armatum, pro-
pria determinata poena vbique filet. Erat enim nul-
lius extraordinarii delicti punitio ordinaria praesciri-
pta, sed poena solum in extraordinarium criminale
iudicium vocatorum magistratus arbitrio relieta fuit;
l. 13. ff. de poen. Errant aperte, qui furem arma-
num morte apud Romanos punitur ex l. 54. §. 2. ff.
de furt. statunt. Lex XII. tabularum, quam Caius
allegat, solo de iure priuati in vitam et furis armati
necem loquitur. Fures nonnunquam capite aut mem-
brorum abscissione punitos fuisse negari quidem, sed
ita de iure punitos fuisse defendi nequit, nisi excepe-
tis fures armatos, in quos hoc poenarum genus per-
misit Nov. 134. ex Auth. sed novo iure C. de furt.
adind. fugit quibus pronuocat Imperator: sed pro farto non
moritur, nec aliquod membrum absinditur, sed ali-
ter castigabitur. Fures autem vocantur, qui occulte
in fine armis buiuimodi delinquent. Qui autem vio-
lenter aggrediuntur aut cum armis aut sine armis,
aut in dominibus, aut in itineribus, aut in mari, poenis
legalibus subiiciantur. Claris hic verbis, furem sim-
plicem

plicem morte aut corporis mutilatione puniri pro
ber, armatum autem huic poenae generi subiectum.

§. 25.

Ante Carolum V. Imperatorem, majores melius
vario poenarum genere sed circa crudelitatem in fure
animaduerterunt. Silene leges antiquissimae Germ
norum de poena furi armati, seu propriae furi specie
quamvis Saxones effringentem periculosest furem
pote punire iubenter, lex Sax. Tit. 4. §. 7, et Fre
nes, tit. 5. c. 1, furem periculosest privata man
necare permitterent. Alii forem modo pecunia, mo
do flagellis emendare, modo capitis poena adficien
tient. Lex. Angl. tit. 15, Wiligord. lib. 8. tit. 1.
lib. 9. tit. 2, Alemanno. tit. 26. seq. Ripariense
tit. 79. Ex mediis aevi iure morte maleficium fure
expiadatur fure, vii testatur Werner, sub voce: Offi
cien. Specul. Sax. lib. 2. art. 13. et Suevic. Cap. 11.
poenam laquei constituant, quam in fures quoque
pronunciasse Imperatorem Fridericum, II. Feud. 2.
§. 8. legitimus. Vid. Christoph. LEHMANNVM in Che
niis Spirensisbus, lib. 4. c. 17, HEINECIVM in Ele
jur. germ. lib. 2. §. 50, et Chr. Gottl. RINKEV
Commentariis de origine et progressu legum iurium
que Germanicorum. Pacem domesticam Germ
anicas coli volebant, ideoque furum et rapin
maxime cum inclinatis aevi corrupti mores, latre
nia et rapinam agere, ne quidem nobilibus et milie
ribus viris indignam rem opinantes, ad haec male
cia peragenda homines inuitarent, propositis secur
pocnis eliminare studebant.

§. 26.

Hinc non est, quod adeo accusemus Confirmatio
nem criminalem Carolinam in art. 159. duritie, que
sine villa restrictione, furem armatum mortis poena
quae in mare laquei et in semina culei est, adiudicatur.
Cum autem inter nos poena culei rarius dictetur, adiudicatur.

mina vel
natur. P
rior anima
mata fur
non exclu
gandam f

Ex v
imperato
turifero
ferarur d
den. Del
waltigund
sem fall
constituti
tem et
videtur.
magnum
et paruo
armatum
quinque
expandiun
BOEHME
nullumq
quamvis
genus pr
furii ma
tus cruci

An
Patiatur
net hom
dum pr
intendit
sum. C
interpret



mina vel laqueo, more tamen femineo, vel gladio puniatur. Perrara autem est in feminis ista atrocitas, rauor animi et corporis feminae haec fortitudo, ut armata fur haberi et capite plechi possit; (§. 7. in fin.) non exclusis iis, quae ad poenam augendam vel mitigandam facere solent.

§. 27.

Ex verbis legis et dispositionis connexu colligimus, imperatorem praeципue praeccavere voluisse, ne actu furioso vitae seu sanitati, cui furtum imminet, inferatur damnum. Audias ipsam legem: So ist ihm dem Diebstahl, der mit waffen geschicht, eyner vergez waltigung und verlezung zu besorgen. Darum in die sem fall der man mit den strang etc. Inde ferma constitutionis; repetitionem forti, nec non qualitatem et quantitatem rei furtivae negligenter, iusta videtur. Furum enim reiterarum simplex, sic et magnum, quod quinque solidos excedit, furto primo et parvo durius puniri alibi iubetur; furum autem armatum capitali poena, sit primum aut tertium, sive quinque solidos aut unum assēm furtatis sit maleficus, expiandum est. HEIMBURG all. diss. §. 13, Just. Henn. BOEMER Consult. et decisi. jur. Tom. 2. P. 2. dec. 1066, nullumque inuenio differentiem. Quae poena quamuis sat grauis sit, ex iuris obseruantia augurii praeterea, si modo adsim iustae causae, quae furii maleficium spectant, e. g. eximius laeso illatus ericiatus etc. adeo, ut et rotae locus esse queat.

§. 28.

An furti consummatio necessaria, ut sors poenam patiatur capitalem? Sunt, qui negant, et in illis eminet HOMMELIVS all. diss. §. 18, qui furem punendum pronunciat capitaliter ob solam armis nocendi intentionem, ante ablationem rei furtivae deprehensum. Opinionem hanc duram et iniustam falsa legis interpretatione logica, vi cuius, furem armatum, solum

solum ob nocendi animum et terrorem laeso illatum, tamen
graviter puniri iussisse Imperatorem, defendere nescire
Verbis legis: So ist eine vergewaltigung und vetelegung zu
besorgen, male abutens, punit legislator, ratiocinatur que
timet, minime quae facta sunt. Ob verba: mit waffen, domine
jemandt verlegen moest, eingehet, armatae ingrefsiōnē factū
vincē punibile est credit, de quo prouinciar diuus Carolo
Imperatore vim facientibus poenam minari concedo, et
punire solam armorum gestationem, esti in actualē aggreſſio
nē aut defensionē non sicut adhībit; vid. BOEHMERIUS ad
Carpz. qu. 79. Quae minime tamē opitulantes hominē
In lege enim noſtra haud diſponit principaliſter Imperator de
vi armata, ſed de fuſo, caſum nominans, quo et minime
furtum ita euehūſt accedentes circumſtantiae, ut pro magna
habeatur et eius poena augeatur. Ipſe etiam verborum ſententia
legislatoře armatum ingressum cum furto abſolute coniunctū
etum cogitatice, lucide docet. Dicit enim, furtum ſit priuimum
vel iteratum, magnum vel paruum, manuſtum vel noſta,
cedentibus armis, pro mera dolofio et periculoſo habendum
est. Semper et perpetuo furi requirit exiſtentiam, licet na
mum. Clarus loquuntur in ſequentiibus: So ist in dem die
ſtall ſe mit waffen geſchich, cypor vergewaltigung zu bege
gen. Innuit furtum, vere factum; de ingressu ractens, de
furto pronunciat, et id pro legi principali obiecto habendum
non dubitandus est. Ad plenariam, quo pergo, fura
ſubſtantiam necesse eſt, ut conſummatum ſit, quod omnes cor
cedunt; inchoati poena miſior. Idem de furto valet armari
ſons, furto deſtens, depollitus aut delicto non perperato de
prehenſus, mitigatam poenam luſit, eti ſemper ita aurocōrō de
qua fures ſimplices afficiuntur; quod ipium ex legi fine
de poenam mitigandi modo diſponens, apparet. A
cedunt ad me HELMBOURGII all. diſſ. §. 11, ſuppreſſio laui
rationibus; KOCHIUS Iur. crim. §. 195; Aug. ERN. ROM.
HEMMANN diſſ. ac poena capitalis in attent. furto qualificare
locum habeat? Erf. 1776; RÖHMANN V. Cl. Aduer. in
vniuers. lib. 2. cap. 23. Omnia furtis, cuiusvis ſit gene
ris, eſte communia, credo, niſi lex expreſſam, ad ſpeciem
furti pertinentem, iubeat exceptionem. Ideo, analogiae le
gis autoritate, in furto armato puniendo, reſtituioni re
furniuae mitigandū viu denego. Qualificatur enim haec fur
ti ſpecies armorum gestatione, minime vero danno laefi
vi in aliis furti ſpeciebus contingit. Poena lege dictata non
ob laeſionem internam, ſed externi facti ex cauſa agrava
ta, ergo ob
dedit HERMS
Sant et
vix iufitam
Anno 1590 C.
perſonam, di
cendam eſſe
mitigandi re
traversus ha
met ipſi con
ſta corum e
gladis puni
quam, obſe
adhuc ita fu
ſorum ſalutis
Diebe henta
Epiſt. 87. qu
pedibus, m
Quid
furiſtū p
ſecondum p
rima ſuſtita
nondum ſi
negans, fu
menus furi
ret. Idem
341. mulci
tur ſententia
Metzger re
CARPZOV
nr. 58. C
Pueri fu
deportauer
domum di
legis: hi
an berſtiv
iſt trah
iunt.
dit et ſu
conſum
furo

est, ergo ob restitutionem dampni mitigari non potest. Con-

finit HEIMBURGIUS §. 13.

Sunt et alii, qui, cupiditate mitigandi poenam seduti, viam iussum relinquunt, ex quibus *Zirizium* noto, qui ad Art. 159. C. C. e verbis: oder sunt, nach gelegenheit der personen, dignitatem externam et statum civilem furis adspicendum esse, concludit; cum tamen istis Imperator ad solas mitigandi rationes communes iudicem remissive videatur queri, varazis hanc opinionem Zirizii l. all. §. 338. refutans, fibilius ipsi contradixit, qui nobiles, nisi graviori atrocitate facta corum criminosa adgrauentur, poena laquei immunes et gladio pugilando (not. sub lit. h.) iudicat, atque, nescio quam, oblaeuentia autoritatem allegat. Sed vobis viget adhuc ita furi nobili fauens obseruantia? Nostrum criminale forum sicutim non sectatur illud Germanorum: Die kleinen Diebe hent man an den Galgen, vor den grossen ziehet man den Hut ab, in cuius vituperationem iam *Lipius* ad Senec. Epist. 87. quoddam allegavit οὐγαρος: *Parvus fures in comedibus, magnos in purpura spectari.*

§. 29.

Quid autem, si fugiens aequae et armis pugnans remque furitatem portans sur accipitur vi maiori? Lege tenetur secundum principia; quae de quolibet furto valent. Sufficit rem furitam ex custodia laeti esse motam, et si furis latreras nondum sit deportata. Furis enim nomine illum continei negans, fures vagos, contrectatores, nundinis peras et criminales furtive expilantes, in continentis deprehensionis vix puniri. Idem Lentius Kochius l. c. §. 182; QUITORIUS §. 344. multique alii; verum nec defunt, qui contraria tuentur sententiam. Strubben rechtl. Bedenken nr. 87. 91. Meissner rectif. Erfenntisspe peini. Fälle. P. 1. dec. 7. nr. 32. CARPOV qu. 88. nr. 5. PUFFENDORF princ. crim. c. 25. nr. 48. Quin eos sequar, faciunt Art. C. C. 158. et 167. Punitur sur manifestus, et si furtiva bona in domos suas non deportauerit. In segetum furto amotio iam sufficit, neque deportauerit. In segetum rerum furriuarum requiritur, quod verba domum deportatio rerum furriuarum requiritur, quod verba legis: hintvegrat oder fahret, porro: wo einer jemandis am becrichten seinen fruechten, die er heymlich nem vnd hinweg trug, groschen merklichen und gewerlichen schaden thett, ist auch wie obrecht fur ein diebstall zu strafen, liquido invenant. Hic aperte, me quidem iudice, lex sententiam producit et furum soli amotione e laeti custodia et possessione consummatione haber, et praeceptu laesionem obiectuum in furto puniendam esse, emendato sermone inculcat. Quibus mo-

tus

tus statuo, quod res furtiva, vel a fure deprehenso vel se de-
fendente derelicta, aut extra laeti domum et custodiam ipsi
uentia a fure amota maleficci indolem non mutet.

§. 30.

Fingas furem metu aut vi coactum rem furtivam in
ipisis adhuc laeti sedicibus delicieniem, et in fuga salutem
quaerentem. Quid statuendum de deprehensio, ja fugae
mis se defendantis? Occidens tenerur de homicidio; vulnerans de corporis laetione, et semper in re illicita veritas qui
est, de iniuriis; minime vero furti qualificati luit poena
ordinariam, sed inchoati extroordinariam. Errauerunt ad eos
qui Senatu Doebeleni fuerunt auctores, vt furem de-
fendentem, ad poenam furti armati ordinariam, suspende-
scilicet, subeundam condemnaret, quod HOMMELIUS all. dicit
§. 18. testatur. Male ex facti vnius decisione, peius ex
erronea, qualis fuit ita Doebeleni, obfervantur furti
forbiatur. Demifemur, an doleamus, hanc, que hanc
paucos, qui iurisdictione praesunt, laborare videoes, facili-
tatem?

§. 31.

Furandi animo accessit armatus, sepositis armis sed
intrat inermis, inermisque res contrastat, spolioque omnia
recedit, et, quae parata reliquit, recipit arma, vt fugere
armatus muniat. Iuste laetus persequitur deportantem res
furtivam, et quisquis sua bona defendit fure, ubi illa inveni-
tur. Si rem furtivam non deliciat fur, et potius, lucri retinendi
causa, armis vtratur, fur habetur armatus et fure Punibili.
In his enim animo hedendi, et hoc est, quod leges impra-
mis puniunt in fure armato. Differunt quidem voca-
§. 194; BOEHMERUS ad Carp. 1. c.; QUISTORPIUS §. 351
quibus vero supra fasiscisse arbitror. Cuius rei et hoc anni
a Regimine Magdeburgico iudicatae exemplum exhibent alii
que inquirentur iudicium munere defungens conferpsi et ad
dicanda ex officiis mei publici ratione obtuli. Ioannes An-
dreas Kunzius quidam, pluribus focis stipatus, vt furum
faceret, aedes altanas ingreditur. In itinere baculum, quae
habet, nodosum ferratisque circulis munatum extra furti fa-
ciendi locum ita seponit, vt ex furto reduci praefeo fure
gam defensuro. Vere et actu hoc telo non vltus est malicio-
sus. Armatum nihilominus Tribunal Ducatus Magdebur-
gi criminali Kunzius iudicauit, ob nonusum vero baculu-
mi qui instar teli fuit, et alias, quae adfuerunt, iustas poenam
mitigandi can-
operarum pub-
licum praefaci-

Fur porro
dominus abiecit
peccatum irre-
tus, libe armis.
Dierat enim e-
reputur. Pe-
culia molestia,
hostis natura
cum studio arr-
lam sibi contr-
neque excusat
et iure, vpo

Furtum
nis plena pro-
fundinam fol-
catoria, non
exemplarum
Eam vero m-
fieri delicti,
neum omnime-
rit et siemata.

Armatu-
ris, poenam
in fine art.
nudis iudic-
tioribus in
teriles iuris
poterat poe-
num et man-
u fori hu-
morum, si
gantantes.

mitigandi causas, istum Kunzium extra ordinem poenae operarum publicarum in vinculis per integrum quadriennium praefandarum subiecit.

§. 32.

Fur porro fugiens rem furtiuam deiicit; insequens vero dominus abiectas res non recipit, sed furem, ut illum comprehendens iudici tradat, persequi instat. Ne apprehendatur ille armis, quae ad hunc specialem casum paratae habuit, le defendit. Furem, armati furti lege non teneri statuo. Deserat enim ab initio omnis laetendi animus, quem leges requirunt. Penes persequentes erat, rem ablata, absque vilia molestia, recipere. Sibi imputet ipsi dominus, qui, licet naturalis juris excedens, salutis et securitatis publicae studio arreptus, furem longius persequens vita periculum sibi contrahit ex armati fugientis furis defensione. Teneor interea fur de delicto, quod defensio armata peperit, neque excusat naturali vitam et personam defendendi studi iure, utpote qui ab initio in re illicita verfabatur.

§. 33.

Fortum armatum simplex habetur ob armorum gestationis plena probationis defectum. Cuius corporis delicti certitudinem foli vero vel confessio, maxime quae tormentis extorta, non adstruit, qua in re humanitas studiosum remunerat in ali. diss. §. 35. mecum sententiam video. Nam vero malefici confessionem sufficere putaverim, quam soci delicti, confessionis auctoris ignari, consumant. Hic enim omnino earumdem idearum concursus, quem errorem esse, nullo iure praesumi potest, fidem iudicis robatur et firmat.

§. 34.

Armatus fur, qui inermis qualibet modo lege excusat, poenam expectet, quam Constitutio nostra criminali in fine art. 159. mitiorem ordinavit. Substitutum autem modi iudices, auctoritate verborum: und ermessung des Richters in unander weg et oder einer andern dergleichen schweissen schlechtfraffi, alias, quae magis idoneae creduntur, corporales poenas eis libertatem, refringentes. Effusio oculorum et manus amputatio aut aliae corporis mutilationes diu in fori humanioris Germaniae exoleuerunt. Fulfigatio, aqua publicam et ergastuli aliqua ipsis similis poena in correctionem, si qua sperari queat, hominis decerni solet. Viaducti, quoquot ad Art. 159. C. C. C. commentari sunt, idem dianentes.

§. 35.

§. 35.

Furti armati societas, cum vt aliorum criminum, ciatum furtorum, communio convahatur, ita ex ea lege punienda videatur. In furum tamen armatorum et adiutoribus puniendis gratiorem et obseruantiam et rationem, quam et quorundam Germaniae territoriorum leges provinciales adprobant, inuenies. Volunt enim omnes ad manum seu turbam armatorum furum pertinent, poenam quei ordinaria puniri, qui aliquam operam praeficerant armato, et si ipsi nec armis instruti fuerint, aut armati non vti. Approbat hanc gravem sententiam Edict. Elect. Saxon. de 1753, wegen der Räuberbanden, quod ad Edicta 1710, usque ad 1719, wegen geschwinder Eroberung der Räuber und Diebe, prouoceret. Hac lege moti, regulare focus inermis sequit ut armatus auctor puniatur. generaliter pronunciantur HOMMELIUS all. diss. §. 23; NEIMARKER all. diss. §. 6.; CARRACH in recti. Urtheilen und Guttach in peinl. Sachen nr. 6. et 78. Conf. etiam WERNHERUS Odeleb. p. 3. obs. 161, et KOCH c. l. §. 194. Hanc qui sicutiam amplectuntur, socios, qui scalam, qua fur armato ascendit, feruarunt, qui excubii sunt, qui furri commisionem sibi stipulati sunt, qui, lucri causa, furi armato receptaculum promiserunt, quae alio modo cum fure armato societatem intere delicti, laqueo puniendo esse omnes, contenduntur.

§. 36.

Equidem sententiam dividendum arbitror.

Armata qui manus excubias egerunt, aut qui armati cumque vi, quamvis sine armis facta, in auxilium laeti domini venientes cohibuerunt, aut qui, vt furtum ab armato fieri furi austores susoresque fuerunt, aut qui furi inermi armato exhibuerunt, seque vt armaret, confilio et perfidie eiusdem cerunt, hos omnes, absque haesitatione, ordinarise lapidari, poenae subiiciendes censeo. Ipsi enim vel armati erant, censentur, cum eorum ope et consilio arma adhibiti sunt. Quia in re calculum obtinui legis generalis Borussiae l. c. 12 16. seqq. Horum numero qui non continentur, aequiore mitiore iure iudicandos puto. Quo iure enim, aut quo humanae iniurias ac aquitatis colore adiutore inermem, quo inchoatae se inuitio, auctor criminis arma sumit ac poenam ordinari, quei iustum periculum contrahit, suffocationis poena digna iudicabimus? Intercedit et resa ratio. Nolenti et ignaro aliena facta imputari non possumus, et ideo facili solitus est simplicis, cuius conscientiam habuerunt, et in quod per-

Petrandum
MELIUS 1.
hot, HEINRICH
armati loc
magistratus
fure focie
ir, focie
simplicis, in RH
rum enim
gut, furi
legalem d
baunneum
reptiorum
poenae e
quae mon
ficit, au
armorum

Equi
ceptorum
inferioris
initialis
cum enim
primum hab
vero crim
tuelam in p
ne exting
a) Miel
b) Orb
b) Ally
fung
Quod
offert. Fe
indemnit
Iam
paniendo

petrandum consenserunt, lege poenaque tenentur. HOMMELIUS l. c., qui plane a me dissentit, oppono, qui mea probant, HEIMBURGUM in all. diff. §. 66. et 67. Ut ergo furis armati societas ordinaria, saucium scilicet comprehensionis, poenam afficiatur, scientem volenterque iniisse criminis cum armato societas, absolute requiritur. Quando haec a sciente et volente iniuste cum fure armato societas probari non potuerit, focus furis armati extra ordinem, ad instar socii furis simplicis, puniriens erit. Mecum consenserit HOMMELIUS filius in Rhapi. Obs. 296, et, nisi fallor, juris analogia. Docti run enim lenitus et obseruantia furi furti magni socios magistrorum reperirent ex furto, quantum desiderant ad furti magni legaliter quantitatem. KREFFI ad Art. 177. C. C. §. 1. nr. 4. BRUNNEMANN ad L. 21. de furt. Hinc colligo, conviudos requiri de eo, quod delictum atrocius et gravius reddit, quos poenae eius absque ulla mitigatione subiciuntur. Haec sunt, quae mouent, ut socium furis armati poena armati furti ordinaria plebi posse negem, nisi actuale factum eius acceptum, aut focus, reliquos armatos esse, vel sciuerit, vel armorum vultum concesserit.

§. 37.

Equidem furti armati, ut omnium delictorum non exceptorum, poenam viginti annorum praescriptione deleri et expirare, nota res est. Ius attamen provinciale Austriae inferioris et Comitatus Tyrolensis hanc praescriptionem, ad instar singularis exceptionis, furto qualificato tribuit. Furum enim simplex, harum prouinciarum iure, in eo exceptum habetur, quod decennii lapsu extinguitur a); nota vero criminalis Austriae Constitutione, omnia praescriptionis tutebam maleficiis adimens et furti armati poenam praescriptio ne extingui eo ipso verat b).

a) Wieder Döfferr. Landesordn. P. 1. art. 13. Tyrol. Landesger. Ord. P. 1. art. 43. Joh. Rud. Engau von der Verjährung in peinlichen Fällen, Zena 1750. §. 74.

b) Allgemein Gesetzbuch über Verbrechen und deren Bestrafung, Wien 1787. P. 1. C. 7. §. 183.

§. 38.

Quoad obligationem ciuilium furtum armatum a simplici non differt. Fur armatus ad rem furtivam restituendam et ad omniaem indemnitudinem praestandum optimo maximo iure tenerur.

§. 39. Ciuitatis

Iam proprius de fure armato ex iure Provincie nostrae ista uerum permittat
quod per Fri- ex correc- putulan- tie onter.
penitentiando diligamus.

Friderici II. epistola de 27. Jul. 1743, fure
quidem morte punire prohibet, nisi homicidium accedit
ex quo colligere posse videatur, solum armorum gestationis
laquei poenam non sequi. Propositum tamen specialissimum
8. April. 1750. et 17. Jan. 1751. Edictis constituit, fures,
effringentes aedes, ut furtum facerent, aut atrocios negli-
tes vinculos, quos ipsolarunt, dominos, aut ceteruarum fami-
les, aut quacunque vi maiori in furto factendo graffias
maiori improprietatem ostendant, ex hac causa vel facuum con-
presso in patibulo, vel datione in publicum opus perpet-
uat temporaria plectendos esse; iubens, ut hac in re magnificere
sui omniu[m] morum sequatur. Nouissimus iuris nostri Codex
P. 2. tit. 20. furem armatum, qui armis non vult eis. (§. 117.)
operi publico faciendo ergastulo conclusum addicet, cum con-
cione corporali, quam recipiendus et dimittendus patitur
euque in ergastulo emendare iubet, cuius temporis qua-
titatem index ita statuat, ut, nisi singulare rationes flagrante
quinquennium non excedat; qualis exasperandi cauta est
fure armato, armis vero non viente, postas publicas poenias
qui scilicet ad octennium ergastulo incipiant potest. (§. 118.)
Ob concursum delictorum, aut furti violenti reiteratae
exasperanda est poena. (§. 1187. seqq.) Qui vulnera am-
silente lege, vi §. 1189. seqq. analogiae, decennali opere pu-
blico in castellis, quod ad vitae tempus extendi potest,
natur. Vulneratio letalis, ethi mors non secura sit, (§. 491. seqq.)
gladio, et homicidium cum furto coniunctum Poena res-
simplici puniatur. Qui, in fuga se defendens, persequen-
tia necat, gladio perimatur. De re furtiva ante defensionem re-
lata lex ract. Furum ceterae ducent. (§. 1210.) Iugum
punit, et reliquorum in turba delinquentium poena corporis
aggravata est.

§. 40.

Constitutio Austriaca, quam Josephus II. anno 1781
promulgavit, P. 1. §. 165, furem armatum pro variente cu-
miflantiarum punit, carcere duriori vel leniori, longiori
modo, modo brevioris temporis, cum vinculis et castigatione
ne coniuncto, vel non, in poenam constituto. Scilicet poe-
nam constituit ubique mitigatam. Lex ita omnem de fure
locum plene non persequitur, attamen non siter, ut plures
aliae, de furto armato, quod in aedificiis, inhabitatoribus
vacuis, perpetratum est.

Tantum.



Halle, Diss., 1792/94





Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:31-1192015415-232440255-11

DFG

Farbkarte #13

Centimetres

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



2
ERTATIO INAVGVRALIS,

DE

BVS ARMATIS,

QVAM,

CRETO ET AVCTORITATE

ORDINIS IVRECONSULTORVM

A FRIDERICIANA HALENSI,

PRAESIDE

PRO ILLVSTRI
IRIST. WOLTAER

I. V. D.

OFFESSORE PUBLICO ORDINARIO,

IN IVRE DIGNITATIBVS OBTINENDIS
SERVDTORVM DISQVISITIONI

IX SEPT. MDCCCLXXXII.

S V B M I T T I T

AVCTOR

VL. LVDOV. STELZER,

PRINCIPI REGIO BORVSSORVM

AVGVSTO FERDINANDO

ONSILIIIS IVSTITIAE,

ETVRAE SCHRAPLAVIENSIS PRAEFECTVS,

MMISSARIVS IVSTITIAE

DVCATVS MAGDEBURGICI

VSMANSFELDICI RECEPTVS.

H A L A E

RIDER, WILH. HVNDTIL.

(1792)